



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arbor Vitæ Sive Vita Et Doctrina Christi

Ex Quatuor Evangeliiis In Meditationes Quotidianas Veluti Totidem Ramos
Distributa

Ilsung, Jakob

Dilingæ, 1693

Meditatio CCCVII. Discipulorum diffidentia, & solicitude inanis reprehensa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60727](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60727)

duritiem & obstinationem, DEVm, Auxilium Divinum, Inspirationes internas &c. à nobis repellimus sic gemitu digna est cœcitas nostra, dum sæpe non agnoscimus bona, quæ negligimus, & mala, quæ nobis conscienciamus: agnosceremus autem, si oblatis Auxilijs uteremur. Christus, cùm videret miraculo Signo de Cælo opus non esse, illo abstinuit, & neque ad ostentandam suam Potentiam, neque ad amolendam à se suspicionem alicujus impotentiæ ac infirmitatis, vel commercij cum dæmone in præcedentibus suis Miraculis, neque ad horum vilipensionem cavendam quidquam fecit; ut & nos nihil ageremus, vel ad æstimationem nostrâ augendam, vel ad contemptum effugiendum.

M E D I T A T I O CCCVII.

*Discipulorum diffidentia,
& solicitude inianis reprehensa.*

Matth. 16. v. 5. Marc. 8. v. 14.

PUNCTUM I. Et cùm venissent Discipuli ejus transfratum, oblii sunt panes accipere: qui dixit illis: *Intuemini & cavete à fermento Pharisæorum, & Sadducaorum.* Illi cogitabant intra se, dicentes: quia panes non accepimus. Matth. 16. v. 5. Nimius amor & cura sui, ne quid unquam desit, quam est contrarius Confidentialiæ in DEVm? Unde de hac mox reprehensi, & ad Fiduciam ex memoria Divinæ Providentiæ & Bonitatis exacti sunt Discipuli à Christo: *Sciens autem JESVS dixi illis: Quid cogitatis intra vos modicæ fidei: quia panes non habent?*

haberis? Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum in quinque millia hominum, & quot cophinos sumpsistis? neque septem panum in quatuor millia hominum, & quot sportas sumpsistis? v. 8. Revocemus ergo in memoriam nobis innumeratas experientias Divinæ erga nos Providentię, & sepositâ nostrâ curâ in omnibus nos illi committamus, & confidamus.

PUNCT. II. Considera alium effectum proprij amoris, & nimiæ curæ corporis: Excæcat enim & reddit inhabilem intellectum ad percipiendas veritates Spirituales, Animæ utiles ad Salutem & Perfectionem obtainendam: quia *Carnalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus.* 1. Cor. 2. v. 14. Et de hoc item reprehensi sunt Discipuli sequentibus verbis.

PUNCT. III. *Quare non intelligitis; quia non de pane dixi vobis: Cavete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum?* Tunc intellexerunt: quia non dæxit, cavendum à fermento panum, sed à Doctrina Pharisæorum & Sadducæorum. v. 11. Considera, & malam doctrinam à Christo comparari fermento, & ab eodem etiam dictum esse Regnum Cælorum simile fermento Matth. 13. v. 33. adeoque etiam Cælestem Doctrinam, per quam opera nostra, quibus Cælum obtainemus, efformantur, fermento comparari. Ideo sicut Cælestis Doctrina, quæ nempe à Christo de Cælo allata est, præstat nobis sapidum Panem Vitæ, & opera nostra bona ac sapida, & ad Vitam æternam salubria reddit, adeoque amplectenda est; ita doctrina Pharisæorum ac Sadducæorum (intellige sapientiam Mundi & carnis) præstat oppositum, ut solum vanitates Mundi, ac voluptates Carnis sapiant: ideo cavete vobis ab hoc fermento. Tale fermentum sunt etiam principia

214 Ab Octava SS. Corp. Christi usque ad Adventum.
& axiomata tepidorum , & malorum hominum: sicut
enim , ut S. Paulus scribit 1. Cor. 5. v. 6. Modicum
mentum totam massam corrumpit : ita idem scribit in e
dem Epist. c. 15. v. 33. Nolite seduci : corrumpunt ho
mores colloquia prava.

MEDITATIO CCCVIII.

De Cæco Sanato.

Marc. 8. v. 22.

PUNCTUM I. Et veniunt Bethsaïdam , & adducunt
cæcum , & rogabant eum , ut illum tangeret. Et appre
hensa manu cæci , eduxit eum extra vicum (scilicet Bethsa
ïdam.) Considera , quod , sicut Marcus præcedentia
pote 7. v. 33. de surdo & muto narravit , apprehen
sum eum esse de turba seorsum , ita etiam cæcum
Christus eduxerit extra vicum Bethsaïdam , quæ Li
tinè vertitur : *Locus effusionis*. Ad cæcitatem enim
mentis curandam , & ad visum ejus acuendum , plo
rimūm conductus , vitare hominum consortia , ubi per
inutiles confabulationes animus fœse effundit , & ad
contemplandum , ac contuendum Cælestia fœse inha
bilem . ac occæcatum reddit ; unde de Anima à Deo
Divino Lumine illustrandâ Osee. c. 2. v. 14. dicitur
Ducam eam in solitudinem , & loquar ei ad cor. Recede ergo
ab inutili hominum consortio , ad vacandum Con
templationi , & alijs exercitijs Spiritualibus.

PUNCT. II. Et expuens in oculos eius , impositis man
ibus suis interrogavit eum , si quid videret. Et aspiciens , di
Video homines , veluti arbores ambulantes. Hoc est alter
rum medium ad oculos mentis illuminandos. Tunc
autem